et quadragesima · Tarquinius priscus ad mugonium portam supra summa
nouam uiam; qui regnauit annos septem et triginta · Seruius tullius
esquilinis supra cliuum orbium; qui regnauit annos duos et qua
draginta · Tarquinius superbus et ipse esquilinis supra cliuum
pullium ad facudalem lacum; qui regnauit annus quinq; et uiginti ·
Cincio romam duodecim · olimpiade placa condita pictori · Octa
uianepotis & lutatio opinione erat · Ofthenis & apollodori conproban
tibus olympiadis septimae · anno secundo poponio attico · & marcoul
lio · olympiadis sextae anno tertio; Conlata igitur nris & grecorum te
poribus inuenimus incipiente olympiade septima romam condita m ·
anno postilium captum quadringentesimo tricesimo tertio; quippe
certamen olympicum quod hercules in honorem atauii materni pe
lopis aliderat · intermissum · picus filius eius instauraui · post excidii
troiae · anno quadringentesimo octauo · Ergo abifico numeratur
olympias prima ita sex medius olympiadibus inter ictus · quibus sin
gulis anni quaterni imputantur · cum septima coeptante roma
condita sit; Inter exortum urbis et troiam capta iure esse annos
quadringentos triginta · & tres constat; huic argumento illud
accidit · quod cum gaius pompeius gallus · et quintus uoranius ·
urbis conditae anno octingentesimo primo fuerint consules · con
sulatu eorum · olympias septima et ducentesima · actis publicis
adnotata est · Quater ergo multiplicandis sex et ducentas olym
piadibus · erunt anni octingenti uiginti quatuor; quib; sep
tima olympiade adnectendus est primus annus · ut insolidum
conligantur anni octingenti uiginti quinq; ex qua summa

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STIFTSBIBLIOTHEK ST.GALLEN
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Stiftsbibliothek St. Gallen
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stibsg_cod187/0010